



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vitruvius Itervm Et Frontinus

Vitruvius

Florentiae, 1513

Liber Quartvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12979

nolumine descripsi, Doricarū autē & corinthiarum,
quæ sint proportionēs in sequenti libro explicabo.

M. VITRUVII DE ARCHITECTVRA.

LIBER QVARTVS.



VM animaduertissem Imperator, plures de architectura præcepta uoluminaq; commentariorum non ordinata sed incepta, uti particulas errabundas reliquisse, dignam & utilissimam re putauī antea disciplinæ corpus ad perfectam ordinationem perducere, & præscriptas in singulis uoluminibus singulorum generum qualitates explicare. Itaq; Cesar primo uolumine tibi de officio eius & quibus eruditum esse rebus architectum oporteat, exposui, Secundo de copiis materiæ e quibus ædificia constituuntur, disputauī, Tertio autem de ædium sacrarum dispositionibus, & de earum generum uarietate, quasq; & quot habeant species, earumq; quæ sunt in singulis generibus, distributiones, ex tribusq; generibus quæ subtilissimas haberent proportionibus modulorum qualitates, ionici generis mores docui. Nunc hoc uolumine de doricis corinthiisq; institutis & omnibus dicam, eorumq; discrimina & proprietates explicabo.

De tribus generibus columnarum origines & in
mentiones.

Caput.


I.

Columnæ

Oli

c. na
o,

rinthia p-
ter capitula
omnes sym-
metrias ha-
bent, uti io-
nica, sed ca-
pitolorum
altitudines
efficiunt eas
prata ex-
alsiores, &
graaliores
q̄ ionica ca-
pituli altitu-
do tertia ps
est crassitu-
dinis colum-
nae, corin-
thii tota
crassitudo
scapi, Igi-
tur q̄ dua
ptes e cras-
situdine co-
lumnarū ca-
pitulis cori-
thiorū adii



c. capitu-
lum corin-
thium
d. capitu-
lum ionī-
cum

a. colum-
na ionica
b. colum-
na corin-
thia

e. spirae
tica
f. spirae
ionica

H


LIBER

ciuntur efficiunt ex celsitate speciem earum gracilio-
 rem. Cetera membra, quæ supra columnas imponun-
 tur, aut è doricis symmetriis, aut ionicis moribus,
 in corinthiis columnis collocantur, quod ipsum corin-
 thium genus propriam coronarum reliquorumq; or-
 namentorum non habuerit institutionem, sed aut è
 triglyphorum rationibus mutili in coronis, & in epī-
 styliis guttæ dorico more disponuntur, aut ex ionicis
 institutis zophori sculpturis ornati cum denticulis &
 coronis distribuuntur, Ita è generibus duobus capi-
 tulo interposito, tertium genus in operibus est pcrea-
 tum. E columnarum enim formationibus trium ge-
 nerum factæ sunt nominationes, dorica, ionica, corin-
 thia, è quibus prima & antiquitus dorica est nata.
 Nāq; achaia Peloponessōq; tota Dorus hellenis &
 opticos nymphæ filius regnavit, isq; Argis uetusta
 ciuitate lunonis templum ædificauit eius generis for-
 mæ phanum, deinde iisdem generibus in cæ-
 teris Achaia ciuitatibus, cum etiānum non esset sym-
 metriarum ratio nata. Postea autem q̄ Athenienses
 ex responsis Apollinis delphici cōmuni consilio toti-
 us hellados tredecim colonias uno tempore in asiam
 deduxerunt, ducesq; in singulis coloniis constituerūt,
 & summam imperii partem Ioni xuthi & Creusæ fi-
 lio dederunt, quem etiam Apollo delphis suum filiū
 in responsis est professus, iisq; eas colonias in asiam
 deduxit, & caria fines occupauit, ibiq; ciuitates am-
 pliissimas cōstituit, ephesum, miletum, myunta (quæ
 olim ab aqua est deuorata, cuius sacra & suffragiū
 milesis iones attribuerunt), prienem, sanum, teon,

colophon, chium, erythras, phocæam, Clazomenas,
 lebedum, meliten. Hæc melite propter auium arro-
 gantiam ab his ciuitatibus bello indicto communi cõ-
 filio est sublata, cuius loco postea regis Attali & Ar-
 sinoes beneficio Zmyrneorum ciuitas inter ionas est
 recepta. Hæc ciuitates cum caras & lelegas eieissent,
 eam terræ regionem à duce suo ione appellauerunt Io-
 niam, ibiq; templa deorum immortalium constituen-
 tes cœperunt phana edificare, & primum Apollini
 panonio ædem, uti uiderant in achaiâ, constituerunt,
 et eam doricam appellauerunt, q̃ in dorieon ciuitati-
 bus primum factam eo genere uiderunt, In ea æde
 cum uoluissent columnas collocare non habentes sym-
 metrias earum, & quærentes quibus rationibus effi-
 cere possent, uti & ad onus ferendum essent idoneæ,
 & in aspectu probatam haberent uenustatem, di-
 mensi sunt uirilis pedis uestigium, & cum inuenis-
 sent pedem sextam partem esse altitudinis in homi-
 ne, ita in columnam transtulerunt, & qua crassitu-
 dine fecerunt basim scapi, tantum eam sexies cum
 capitulo in altitudinem extulerunt, Ita dorica colum-
 na uirilis corporis proportiõem, & firmitatem, & ue-
 rustatem in ædificiis præstare cepit.


H ii

Item postea Diana con-
stitueret ædem quærentes
noui generis speciem, iisdem
uestigijs ad muliebrem trã-
stulerunt gracilitatẽ, &
fecerunt primũ colũnæ cras-
situdinem altitudinis octa-
ua parte, ut haberent spe-
ciem excelsiorem, basi spirã
supposuerunt p calæo, ca-
pitulo uolutas, uti capilla-
mento cõcri spatos anan-
nos præpendentes dextra
ac sinistra collocauerunt,
& cymatijs & encarpis p
crinibus dispositis frõtes
ornauerunt, trunq; toto
strias, uti siolarum rugas
matronali more demise-
runt, ita duobus discrimi-
nibus colũnarũ inuentio-
nem, unã uirili sine orna-
tu nudã specie, alterã mu-
liebri subtilitate, & orna-
tu symmetriaq; sunt imi-
tati. Posterius uero elegan-
tia subtilitateq; iudiciorũ
pgressi, & gracilioribus
modulis delectati, septem
crassitudinis diametros




in altitudi-
nem colū,
næ dorica,
ionica octo
semis consti-
tuerunt.

Id aut qđ
Iones fece-
rūt, primo
ionicum est
nominatū.
Tertiū ue-
ro quod co-
rinthiū di-
citur, uirgi-
nalis habet
gracilita-
tis imitatio-
nem, q̄ uir-
gines pro-
pter ætatis
teneritatē
graciliori-
bus mem-
bris figura-
tæ effectus
recipiūt in
ornatu ue-
nustiores.



a. crassi-
tudinem
habet lon-
gitudinis
septimam
partem
b. crassi-
tudo est
una ex p-
tibus octo
& dimi-
dia longi-
tudinis



a. colum-
na dorica
striata
b. colum-
na ionica
striata cū
capitulo
tamē co-
rinthio et
spira at-
tica

Eius autē
capituli prā
ma inuen-
tio sic me-
moratur es-
se facta,
Virgo cuius
corinthia
iam matu-
ra nuptiis
implicata
morbo de-
cessit, Post
sepulturā
eius quibus
ea uina po-
culis dele-
ctabatur,
nutrix col-
lecta & cō-
posita i ca-
latho per-
tulit ad mo-
numentū,
& in sum-
mo colloca-
uit, & ut
ea perma-
nerēt diu-
tius sub dē

no, tegula texit, Is calathus fortuito supra achanti ra-
dicem fuerat collocatus, Interim pondere pressa ra-
dix achanti media folia & cauliculos circa uernum
tempus profudit, cuius cauliculi secundum calathi la-
tera crescentes, & ab angulis tegulae ponderis neceffi-
tate expressi flexuras in extremas partes uoluntariū
facere sunt coacti, Tunc Callimachus qui ppter ele-
gantiam & subtilitatem artis marmoreae ab Atheni-
ensibus catatechnos fuerat nominatus, praeruens
hoc monumentum animaduertit eum calathum, &
circa foliorum nascentem teneritatem, delectatusq; ge-
nere & formae nouitate ad id exemplar columnas
apud corinthios fecit, symmetriasq; constituit, ex eoq;
in operum perfectionibus corinthii generis distri-
buit rationes, Eius autem capituli symmetria sic est
facienda, uti quanta fuerit crassitudo imae columnae,
tanta sit altitudo capituli cum abaco, Abaci latitudo
ita habeat rationem, ut quanta fuerit altitudo, bis
eata sit diagonios ab angulo ad angulū, Spatia enim
ita iustas habebunt frontes quoquouersus.


H iiii

a. abacus

b. crassitudo imi scapi columnæ

c. crassitudo hypotracheii

d. contractura frontis abaci




Latitudinis frontes sinuentur introrsus ab extremis angulis abaci, suæ frontis latitudinis nona. Ad imum capituli tantam habeant crassitudinem quantum habet summa colūna, præter apothesium & astragalum, Abaci crassitudo septima capituli altitudinis. Dempta abaci crassitudine diuidatur reliqua pars in partes tres, ex quibus una imo folio detur, secundum folium median altitudinem teneat, cauliculi eadem habeant altitudinem, è quibus folia nascuntur proiecta, uti abacum excipiant, quæ ex cauliculorum foliis natæ procurrunt ad extremos angulos uolutæ, minoresq; helices intra suum medium qui sunt in

QVARTVS.

61

abaco, floribus subiecti scalpantur, Flores in qua-
tuor partibus quanta erit abaci crassitudo, tam ma-
gni formantur, Ita his symmetriis corinthia capitu-
la suas habebunt exactiones.




a. modu-
lus ex imē
scapi co-
linæ sum-
ptus
b. uoluta
c. folium
d. flos
e. cauli
culi
f. abacus

Sunt autem quæ iisdem columnis imponuntur ca-
pitulorum genera uariis uocabulis nominata, quo-
rum nec proprietates symmetriarum nec columna-
rum genus aliud nominare possumus, sed ipsorum
uocabula traducta & cōmutata ex corinthiis & pul-
uinatis, & doricis uidemus, quorū symmetriæ sunt
in nouarum sculpturarum translata subtilitatem.

Quoniam autem de generibus columnarum
 origines & inuentiones supra sunt scri-
 ptæ, non alienum mihi uideatur iisdem ra-
 tionibus de ornamentis eorum, quemadmodum sunt
 prognata, & quibus principiis & originibus inuen-
 ta dicere. In edificijs omnibus in super collocatur ma-
 teriatio uariis uocabulis nominata. Ea autem uti in
 nominationibus, ita in re uarias habet utilitates.
 Trabes enim supra columnas, & parastatas, & an-
 eas ponuntur, in contignatiõibus tigna & axes, sub-
 iectis si maiora spatia sunt, columen in summo fasti-
 gio culminis, unde & columna dicuntur, & transtra
 & capreoli, si commoda, columen & canterii promi-
 nentes ad extremam subgrundationem.



Supra cā
terios, tem
pla, de in
inde insu
per sub te
gulas asse
res ita pro
minentes,
uti parietes
picturis
eorū tegun
tur. Ita una
quæq; res,
& locum &
genus, &
ordinem p
prium me
tur, è qbus
rebus, & a
materiati
ra fabrili i
lapideis &
marmoreis
ediū sacra
rum adifi
cationibus
artifices di
spostiones
eorum scal
pturis sunt



a. hæc pri
ma descri
ptio est
quæ hæc
commoda
spatia

b. columē
c. canterii

d. hæc de
scriptio ē
quæ hæc
maiora
spatia

e. asseres

f. templa

g. trāstra

cū suis ca

preolis q

ad colu

men usq;

perueni

unt, & to

tū culmē

sustinēdo

colligant

h. hæc de

scriptio ē

contigna

LIBER

tionis imitati, & eas inuentiones persequēdas putauerūt,
 i. tigna iō q̄ antiqui fabri quodā in loco edificantes, cum ita
 bus insu/ ab interioribus parietibus ad extremas partes tigna
 per axes prominentia habuissent collocata, intertignia struxe
 statuūtur runt, supraq; coronas & fastigia uenustiore specie
 k. mutili fabrilibus operibus ornauerunt, Tum proiecturas
 in parie/ tignorum quantum eminebant, ad lineam & perpen
 tibus po/ diculum parietum persecuerunt, quæ species cum in
 siti tran/ uenusta iis uisa esset, tabellas ita formatas, uti nūc
 storū ca/ fiunt triglyphi, contra tignorum præcisiones in frō/
 pita susti/ te fixerunt, & eas cera cerulea depinxerunt, ut pre
 nentes/ cisiones tignorum tectæ non offenderent uisum, Ita
 diuisiones tignorum tectæ triglyphorum dispositio
 ne intertignium, & opam habere in doricis operibus
 cœperunt, Postea alii in aliis operibus ad perpendi
 culum triglyphorum cæterios prominentes proiece
 runt, eorumq; proiecturas sinuauerunt, Ex eo uti è
 tignorum dispositionibus triglyphi, ita è cæteriorū
 proiecturis mutilorum sub coronis ratio est inuēta,
 Ita ferè in opibus lapideis & marmoreis, mutili in
 clinati sculpturis deformantur, q̄ imitatio est cæterio
 rum, Etenim necessario propter stillicidia proclinati
 collocantur, Ergo & triglyphorum & mutilorū, in do
 ricis operibus ratio ex ea imitatione inuenta est, Nō
 enim quemadmodum nonnulli errantes dixerunt fe
 nestrarum imagines esse triglyphos, ita potest esse,
 q̄ in angulis contraq; tetrātes columnarum triglyphi
 constituntur, quibus in locis omnino nō patiūtur res
 fenestras fieri. Dissoluantur enim angulorū in ædifi
 ciis iuncturæ, si in his fuerint fenestrarum lumina re

licta, etiãq; ubi nunc triglyphi constituuntur, si ibi
 luminum spatia fuisse iudicabuntur, iisdem rationi-
 bus denticuli in ionicis fenestrarum occupauisse lo-
 ca uidebuntur, Vtraq; enim & inter denticulos & in-
 ter triglyphos, quæ sunt interualla, methopæ nomi-
 nantur, ὀψῶς enim græci tignorū cubilia & asse-
 rum appellant, uti nostri ea caua, columbaria, Ita qđ
 inter duas opas est intertigniū, id methopa est apud
 eos nominatum, Ita uti ante in doricis triglypho-
 rum & mutilorum est inuenta ratio, item in ionicis
 denticulorum constitutio propriam in operibus ha-
 bet rationem, & quemadmodum mutili canteriorum
 proiecturæ ferunt imaginem, sic in ionicis denticulū
 ex proiecturis, asserum habent imitationem, Itaq;
 in græcis operibus, nemo sub mutilo denticulos con-
 stituit, Non enim possunt subtus canterios asseres
 esse, Quod ergo supra canterios, & templa in uerū
 tate debet esse collocatum, id in imaginibus si infra
 constitutum fuerit, mendosam habebit operis ratio-
 nem, Etiamq; antiqui non probauerūt, neq; institue-
 runt in fastigiis denticulos fieri sed puras coronas,
 ideo q̄ nec canterii, nec asseres contra fastigiorum
 frontes distribuuntur, nec possunt prominere, sed
 ad stillicidia proclinati collocantur, Ita quod non po-
 test in ueritate fieri, id non putauerunt in imagini-
 bus factum posse certam rationem habere. Omnia
 enim certa proprietate & à ueris natura deductis
 moribus traduxerunt in operum perfectiones, &
 ea probauerunt, quorum explicationes in disputa-
 tionibus rationem possunt habere ueritatis, Itaque

LIBER


ex eis originibus symmetrias & proportiones uniuscuiusq; generis constitutas reliquerunt, quorum ingressus persecutus de ionicis & corinthiis institutionibus supra dixi, nunc uero doricam rationem summamq; eius speciem breuiter exponam.

De ratione dorica.

Caput. III.

Nonnulli antiqui architecti negauerunt dorico genere aedes sacras oportere fieri, quod mendosae & inconuenientes in his symmetriae conficiebantur, Itaque negauit Tarchesius, item Pytheus, non minus Hermogenes, Nam is cum paratam habuisset marmoris copiam in doricae aedis perfectionem commutauit, & ex eadem copia eam ionicam Libero patri fecit, Sed tamen non quod inuenusta est species, aut genus, aut formae dignitas, sed quod impedita est distributio, & incommoda in opere triglyphorum & lacunariorum distributione, Namque necesse est triglyphos constitui contra medios tetrantes columnarum, methopasq; quae inter triglyphos fient, aequae longas esse, quam altas, contraque in angulares columnas triglyphi in extremis partibus constituentur, & non contra medios tetrantes, Ita methopa quae proxime ad angulares triglyphos fiunt, non exeunt quadratae, sed oblongiores triglyphis dimidia altitudine, At qui methopas aequales uolunt facere, intercolumnia extrema contrahunt triglyphi dimidia altitudine, Hoc autem siue in methoparum longitudinibus siue in intercolumniorum contractionibus efficiatur, est mendosum, Quapropter antiqui euitare uisi sunt in aedibus sacris, doricae symmetriae

rationem. Nos autem exponimus, uti ordo postulat, quemadmodum à præceptoribus accepimus, uti si quis uoluerit his rationibus attendens ita ingredi, habeat proportionales explicatas, quibus emendatas & sine uitiis efficere possit ædificia sacrarum dorico more perfectiones, Frons ædis dorice in loco quo columnæ constituuntur, diuidatur si tetrastylus erit, in partes .xxviii. si hexastylus .xliiii. ex his pars una erit modulus, quæ græcè $\mu\beta\alpha\tau\eta\varsigma$ dicitur, cuius moduli constitutiōe rationatiōibus efficiuntur omnis operis distributiōes, Crassitudo columnarum erit duorum modulorum, altitudo cum capitulo .xiiii. Capituli crassitudo unius moduli, latitudo duorum & moduli sextæ partis, Crassitudo capituli diuidatur in partes tres, è quibus una plinthus cum cymatio fiat, altera echinus cum anulis, tertia hypotrachelio contrahatur columnæ, ita uti in tertio libro de ionicis est scriptum.




d. cyma-
tium
b. plin-
thus
c. echinus
cum anulis
d. ps quæ
hypotra-
chilio con-
trahitur
columnæ


A

LIBER AVD

Epistylia altitudo unius moduli cum tenia & guttis, tenia moduli septima, guttarum longitudo sub tenia contra triglyphos alta cum regula parte sexta moduli præpendeat. Item epistylia latitudo imare spondeat hypotrachelio summæ columnæ, supra epistylium collocandi sunt triglyphi cum suis metropis alti unius & dimidiati moduli, lati in fronte unius moduli, ita diuisi, ut in angularibus columnis, & in mediis contra tetrantes medios sint collocati, & intercolumniis reliquis bini, in mediis pronao & postico terni, ita relaxatis mediis interuallis sine impeditiõibus aditus accedentibus erit ad deorum simulacra, Triglyphorum latitudo diuidatur in partes sex, ex quibus quinque partes in medio duæ dimidiæ dextra ac sinistra designentur, regula una in medio deforme tur femur, quod græce μηρός dicitur, secundum eam canaliculi ad normæ cacumen imprimantur, Ex ordine eorum dextra ac sinistra altera femora constituantur, in extremis partibus semi canaliculi interuertantur.

Triglyphis






a. acyote-
ria
b. sima
c. cymati-
um dori-
cum
d. corona
e. cymar-
tium dori-
cum
f. trigly-
phi
g. metho-
pæ
h. tenia
i. epistylis
k. capitulis
triglyphi
m. guttae
alie guttae
scalptur
sub corōa
ad perpē-
diculū trī-
glyphorū
de qbus
infra
l. modulus
n. tympanum

LIBER

Triglyphis ita collocatis, methopæ, quæ sunt inter triglyphos, æque altæ sint, quàm longæ. Item in extremis angulis semimethopia sint impressa dimidia moduli latitudine, ita enim erit ut omnia uitæ, & methoparum, & intercolumniorum, & lacunariorum, quæ æquales diuisiones factæ erunt, emendentur, Triglyphi capitula sexta parte moduli sunt facienda, Supra triglyphorum capitula corona est collocanda in proiectura dimidia, & sexta parte habens cymatiû doricum in imo alterum in summo, item cum cymatiis corona crassa ex dimidia moduli, Diuidendæ autem sunt in corona in qua ad perpendicularum triglyphorum & ad medias methopas uiarum directiones, & guttarum distributiones, ita uti guttæ sex in longitudinem tres in latitudinem pateant, reliqua spatia, quæ latiores sunt methopæ, quàm triglyphi, pura relinquuntur, aut fulmina scalpantur, ad ipsumque mentum coronæ incidatur linea, quæ scotia dicitur, Reliqua omnia tympana, simæ, coronæ, quemadmodum scriptû est in ionicis, ita perficiantur, Hæc ratio in operibus diastylis erit constituta.



Opus diastylon

a. scotia

b. gutta q̄

in ima co-

rona diuis-

duntur

c. uiarū

distribu-

tiones

Hic ista ue-

habeatur

descriptio

operum

quæ sub


corona fi-

unt

Si uero systylon & monotriglyphon opus erit faciendum, frons ædis si tetrastylus erit, diuidatur in partes. xxiii. si hexastylus erit, diuidatur in partes xxxv. ex his pars una erit modulus, ad quē (uti supra scriptum est) opera distribuentur, Ita supra singula epistylia, & methopæ duæ, & triglyphi bini erunt collocandi, In angularibus hoc amplius, dimidium quantum est spatium hemitriglyphi. Accedet id in mediano contra fastigium trium triglyphorum & trium methoparum spatium, ut latius medium inter columnium accedentibus ad ædem habeat laxamentum, & aduersus simulacra deorum aspectus dignitatem, Insuper triglyphorum capitula corona est col-

LIBER

locanda habens (uti supra scriptum est) cymatium doricum in imo alterū in summo. Item cum cymatiis corona crassa ex dimidia, Diuidendæ autem sunt in corona ima ad perpendicularum triglyphorum, & ad medias methopas, uiarum directiones & gutturum distributiones, & reliqua quoq; quemadmodum dictum est in diastylis.




Opus sy,
stylō mo,
notrigly
phon

Columnas autem striari. xx. striis oportet, quæ si planæ erunt, angulos habeant, xx. designatos, sin autem excuabuntur, sic est forma facienda, ita uti quæ magnum est interuallum striæ, tam magnis striaturæ paribus lateribus quadratum describatur, in medio autem quadrato circini centrum collocetur, & agatur linea rotundationis, quæ quadrationis angulos tangat, & quantum erit curuaturæ inter rotundationem,

QVARTVS. 67

et quadratam descriptionem, tantum ad formam ex
cauentur, Ita dorica columna sui generis striaturæ
habebit perfectionem. De adiectione eius quæ me-
dia adaugetur, (uti in tertio uolumine de ionicis est
perscripta) ita et in his transferatur, Quoniam ex-
terior species symmetriarum, et corinthiorum, et do-
ricorum, et ionicorum est perscripta, necesse est etiã
interiores cellarum pronaiq; distributiones explicare.



a. quadra
tums

b. stria

De interiore cellarum et pronai distributione.

Caput.


III.

I iii

LIBER VTRIVSQUE


Distribuitur autem longitudo aedis, uti latitudo sit longitudo dimidia partis, ipsa quoque cella parte quarta longior sit, quae est latitudo cum pariete, qui paries ualuarum habuerit collocacionem, Reliquae tres partes pronai ad antas parietum procurrant, quae antae columnarum crassitudinem habere debent, Et si aedis erit latitudine maior quam pedes xx. duae columnae inter duas antas interponantur, quae disungant peromatos, & pronai spatium, Item inter columnas tria, quae erunt inter antas & columnas, pluteis marmoreis siue ex intestino opere factis intercludantur, ita uti fores habeant, per quas itinera pronao fiant.

- a. antae
- b. pronas
- c. plutei
- d. cella
- e. loca ualuarum



De partibus aedificiorum et pronai distributione
 Cap. III
 I III

Item si ma
ior erit la
tudo, q̄ pe
des .xl. colū
na contra
regiones co
lumnarū,
quæ iter an
tas sunt, in
trorsus col
locentur, &
eæ altitudi
nē habeant
æque, quā
quæ sūt in
frōte, Cras
siudies au
tem earum
extenuentur
his rationi
bus, uti si
octaua pte
erunt, quæ
sunt in frō
te, hæ fiant
nouē par
tes, Sin aut
nona, aut
decima pro
rata parte



a. colūna
striata, In
columna
striata ps
eminula
stria dici
tur. pars
cava stria
teste ipso
auotre q̄
in decimo
diat, cana
liculi q̄ græ
ce stria di
citur
b. colūna
nō striata
c. linea cir
cūmetiens
columnam

LIBER

fiant. In concluso enim aere si quæ extenuata erūt,
 non discernentur, sin autem uidebuntur graciliores,
 cum exterioribus fuerint striæ uiginti quatuor, in his
 faciendæ erunt. xxviii. aut. xxxii. Ita quod detrahi-
 tur de corpore scapi, striarum numero adiecto adau-
 gebitur ratione quo minus uidebitur, & ita exæqua-
 bitur dispari ratione columnarum crassitudo. Hoc
 autem efficit ea ratio, q̄ oculus plura & crebriora si-
 gna tangendo maiore uisus circuitione peruagatur.
 Namq; si duæ columnæ æque crassæ lineis circumme-
 tientur, è quibus una sit non striata, & altera stri-
 ata, & circa strigum caua, & angulos striarum linea
 corpa tangat, tametsi colūna æque crassæ fuerint, li-
 nea quæ circundata erunt, nō erūt æq̄les, q̄ striarū.
 & strigū circuitus maiore efficiet lineæ longitudinē.
 Sin autem hoc ita uidebitur, non est alienum in an-
 gustis locis, & in concluso spatio graciliores columna-
 rum symmetrias in opere constituere, cum habeamus
 adiutricem striarum temperaturam. Ipsius autem cel-
 læ parietum crassitudinem prorata parte magnitu-
 dinis fieri oportet, dum antæ eorum crassitudinibus
 columnarum sint æquales, & si extracti futuri sint,
 q̄ minutissimis cementis recte struātur. Sin aut̄ qua-
 drato saxo aut marmore maxime modicis paribusq̄
 uidetur esse faciendum, q̄ media coagmenta mediilā-
 pides continētes firmiorem facient omnis operis per-
 fectionem. Item circum coagmenta, & cubilia eminen-
 tes expressiones graphicoteram efficient in aspectu
 delectationem.

De aedibus constituendis secundum regiones.

Caput.

V.

Edes autem sacrae deorum immortalium ad regiones quas spectare debent, sic erunt constituendae, uti si nulla ratio impedierit, liberaque fuerit pars aedis, signum quod erit in cella collocatum, spectet ad uespertinam coeli regionem, uti qui adierint ad aram imolantes, aut sacrificia facientes, spectent ad partem coeli orientis, & simulacrum, quod erit in aede, & ita uota suscipientes conueantur aedem & orientem coeli, ipsaque simulacra uideantur ex orientia conueniri supplicantes, & sacrificantes, quod aras omnes deorum necesse esse uideatur ad orientem spectare, Sin autem loci natura interpellauerit, tunc conuertendae sunt earum aedium constitutiones, uti quae plurima pars moenium e templis deorum conspiciatur. Item si secundum flumina aedes sacrae fient, ita uti aegypto circa Nilum, ad fluminis ripas uidentur spectare debere, Similiter si circum uias publicas erunt aedificia deorum, ita constituantur, uti praetereuntes possint respicere, & in conspectu salutationes facere.

De hostiorum, & antepagmentorum sacrarum aedium rationibus.


Caput.

VI.

Hostiorum autem & eorum antepagmentorum in aedibus haec sunt rationes, uti primum constituentur, quo genere sunt summae, Genera sunt enim thyromaton haec, doricum, ionicum, atticurges, Horum symmetriae doriae generis conspiciuntur his rationibus, uti corona summa, quae supra antepagmentum superius imponitur, aequae librae


LIBER

ea sic capitulis summis columnarum, quæ in profundo fuerint, Lumen autem hypothryi constituitur sic, uti quæ altitudo ædis à pavimento ad lacunaria fuerit, diuidatur in ptes tres semis, & ex eis duæ partes luminis ualuarum altitudine constituantur, Hæc autem diuidatur in partes duodecim, & ex eis quinque, & dimidia latitudo luminis fiat in imo, & in summo contrahatur, si erit lumen ab imo ad exdecim pedes antepagmenti tertia parte, Sexdecim pedum ad uiginti quinque, superior pars luminis contrahatur antepagmenti parte quarta, Si à pedibus uiginti quinque ad triginta summa pars contrahatur antepagmenti parte octaua, Reliqua quo altiora erunt ad perpendicularium uidentur oportere collocari, Ipsa autem antepagmenta crassa fiant in fronte altitudine luminis parte duodecima, contrahanturq; in summo suæ crassitudinis quartadecima parte. Superalii altitudo, quanta antepagmentorum in summa parte erit crassitudo, Cymatium faciendum est antepagmenti parte sexta, Proiectura autem quanta est eius crassitudo, Sculptum est cymatium lesbium cum astragalo, Supra cymatium quod erit in superalio collocandum est hypothryum crassitudine superalii, & in eo sculptum est cymatium doricum, astragalum lesbium siue sculptura, Corona deinde plana fiat cum cymatio, proiectura autem eius erit, quanta altitudo superalii, quod supra antepagmenta imponitur, Dextra ac sinistra, proiectura sic sunt faciendæ, uti credines excurrant, & in ungue ipsa cymatia coniungantur.



- a. corona
summa
- b. lumen
hypothyri
- c. antepag
menta
- d. hyper
thyrum
- e. superca
lium

Sin aut ionico genere futura erunt, lumē altū ad eū
 dē modū, quēadmodū in doricis fieri uidetur. latitu
 do cōstitatur, ut altitudo diuidatur in ptes duas, et
 dimidiā, eiusq; ptis unius semis ima luminis fiat, la
 titudo cōtractura, ita ut in doricis. Crassitudo ante
 pagmētorū altitudine luminis in frōte. xiiii. pte, Cy
 matiū huius crassitudinis sexta, reliq; ps præter cy
 matiū diuidatur in ptes. xii. harū triū priā corsa fiat
 cū astragalo, secūda quatuor, tertia, qnq; eaq; corsa
 cū astragalis circūcurrant, Hyperthyra aut ad eun
 dē modū cōponatur, quēadmodū in doricis hyperthy
 ridibus, Ancones siue pthyrides uocentur, exculptæ
 dextra ac sinistra præpedeāt ad imi superalii libra
 mentū præter folium, Ea habeāt in fronte crassitudi
 nem ex antepagmenti tribus partibus unam, in imo
 quarta parte graciliores, q̄ superiora.




a. pthy-
rides

b. Luenn
hypothē-
ra


Fores ita compingantur, uti scapi cardinales sine
ex altitudine luminis totius duodecima parte, Inter
duos scapos tympana ex duodecim partibus habeant
ternas partes, Impagibus distributiones ita fient, uti
diuisis altitudinibus in partes quinque, duae superio-
ri, tres inferiori designentur, Super medium mediū
impages collocentur, ex reliquis alii in summo alii in
imo compingantur, Latitudo impagis fiat tympani ter-
tia parte, cymatium sexta parte impagis, Scaporum
latitudines impagis dimidia parte, Item replum de
impage dimidia et sexta parte. Scapi qui sunt ante
secundum pagmentum, dimidium impagis consti-
tuantur.

Sin autem
 ualuata
 erunt, alti-
 tudines ita
 manebunt,
 in latitudi-
 nem adiciat-
 ur amplius
 foris latitu-
 do (si qua-
 driforis fu-
 tura est) al-
 titudo adii-
 ciatur.



a. scapus
 cardina-
 lis
 b. tympa-
 num.
 c. impa-
 ges.
 d. fores ual-
 uatae.

Atticurges
 aut isdem
 rationibus
 perficiuntur,
 quibus do-
 rica, praeter
 ea corse
 sub cyma-
 tiis in ante-
 pagmentis
 circundan-
 tur, quae ita
 distribui de-
 bent, uti in
 antepagme-
 tis praeter
 cymatum



a. scapi car-
 dinales.
 b. bifores.
 c. impa-
 ges
 d. tympa-
 num.

LIBER


ex partibus septem habeāt duas ptes, ipsaq; forium ornamenta non fiunt cerostota neq; bifora sed ual- uata, & aperturas habēt in exteriores partes, Quas rationes ædium sacrarum in formationibus oportet, at fieri dorici, ionicis, corinthiisq; operibus, quo ad potui attingere, ueluti legitimis moribus exposui, Nunc de tuscanicis dispositionibus quemadmodum institui oporteat dicam.

De tuscanicis rationibus ædium sacrarum.

Caput.

VII.

Locus in quo ædis constituetur, cum habue- rit in lōgitudine sex partes, una dempta, reliquum quod erit, latitudini detur, Lon- gitudo autem diuidatur bipartito, & quæ pars erit in- terior, cellarum spatii designetur, quæ erit proxima fronti, columnarum dispositioni relinquatur, Item la- titudo diuidatur in partes decem, ex his ternæ partes dextra ac sinistra cellis mioribus, siue ubi alæ futuræ sint dentur, reliquæ quatuor mediæ ædi attribuantur, Spatiū, qd̄ erit ante cellas, in pronaō ita colūnis desi- gnetur, ut angulares cōtra antas parietū extremorū è regiōe collocentur, Duæ mediæ è regiōe parietū, qui inter antas & mediam ædem fuerint, ita distri- buantur, ut inter antas, & columnas priores per me- dium iisdem regionibus alteræ disponantur, eæq; sint ima crassitudine altitudinis parte septima, altitudo tertia parte latitudinis templi, summaq; colūna quar- ta parte crassitudinis imæ contrahatur.




a. cellæ mē
nores.
b. media
ædes.
c. pnaus

Spiræ earum altæ dimidia parte crassitudinis fi
ant, habeant spiræ earum plinthum ad arcinum al
tam suæ crassitudinis, dimidia parte, torum insuper
cum apophygi crassum, quantum plinthus.


a. plin-
thus
b. torus
c. apophy-
gis.

d. crassi-
tudo ima
scapi



Capituli altitudo dimidia crassitudinis, Abacila
tudo, iuxta ima crassitudo columnæ.

Capituliq;




a. latitudo
 abaci
 b. crassitu
 do ima co
 lunnæ.
 c. crassitu
 do sumæ
 colunnæ.

Capituliq; crassitudo diuidatur in partes tres, e
 quibus una plintha quæ est in abaco, detur, altera echin
 o, tertia hypotrachelio cum apophygi.

K


a. abacus.
 b. echinus
 c. hypotrachelium cū
 apophyge

d. ima
 crassim,
 do colum,
 nae



Supra columnas traves compactiles imponantur, uti sint altitudinis modulis iis, q̄ a magnitudine operis postulabuntur. Eæq; traves compactiles ponantur, ut tantam habeant crassitudinem, quāta summæ columnæ erit hypotrachelium, & ita sint cōpactæ subsudibus & securiclis, ut cōpactura duorum digitorū habeat laxationem, Cum enim inter se tangunt & nō spiramentum, & per flatum uenti recipiunt, concalēfaciuntur, & celeriter putrescunt, Supra traves & supra parietes traiectione mutilorū pte quarta altitudinis colūnae proiciantur, Item in eorū frōtibus antepagmenta figantur, supraq; ea tympanum fastigii exstructura seu de materia collocetur, Supraq; id fasti-

gum columen. canterii, templa ita sunt collocanda, ut
 stilladium tecti absoluti tertiaro respondeat. Fiunt
 autem aedes rotundae, è quibus aliae monoptera sine
 cella columnatae constituuntur, aliae peripterae dicun-
 tur. Quae sine cella fiunt, tribunal habent & ascensum
 ex sua diametri tertia parte, in super stylobata colum-
 nae constituantur tam altae, quanta ab extremis stylo-
 batarum parietibus est diametros, crassae altitudi-
 nis suae cum capitulis & spiris decumae partis. Episty-
 lium altum columnae crassitudinis dimidia parte, Zo-
 phorus & reliqua quae in super imponuntur, ita uti
 in tertio uolumine de symmetriis scripsi.




a. gradus

b. aedes ro-
 tunda sine
 cella.

LIBER


Sin aut peripteros ea aedes constituetur, duo gradus
 & stylobata ab imo constituantur, deinde cella paries
 collocatur cum recessu eius a stylobata circa partem latitudi-
 nis quintam, medioque ualuarum locus ad aditus relin-
 quatur, Eaque cella tantam habeat diametrum prater pa-
 rietes & circuitionem, quantam altitudinem columna supra
 stylobatam, Columna circa cellam iisdem proportionibus sym-
 metriisque disponatur, In medio tecti ratio ita habeatur,
 uti quarta diametros totius operis erit futura, dimidia
 altitudo fiat tholi prater flore, Flos aut tantam ha-
 beat magnitudinem, quanta habuerit in summo columna ca-
 pituli propter pyramidem, Reliqua (uti supra scripta sunt)
 ea proportionibus atque symmetriis facienda uidentur.



a. tholus
 in medio
 tecti.
 b. cella
 c. peripte-
 ros. i. ar-
 cumalata.

QVARTVS. 7

Item generibus aliis constituuntur aedes ex iisdem
 symmetriis ordinatae, & alio genere dispositiones
 habentes, uti est Castoris in arce Flaminio, & inter
 duos lucos Verouis, Item argutius nemori Dianae colu-
 nis adiectis dextra ac sinistra ad humeros pronai.
 Hoc autem genere primo facta aedes, uti est Castoris in
 arce, Athenis in arce, Mineruae, & in Attica Junio,
 Palladis. Earum non aliae, sed eadem sunt proportiones.
 Cellae enim longitudines duplices sunt ad latitudines,
 & uti reliqua ex isona, quae solent esse in frontibus,
 ad latera sunt translata.



Templi ge-
 nus aliud
 à tuscani-
 cis, iisdem
 tamē sym-
 metriis fa-
 ctum.

a. pronus
 b. mediū
 aedis.
 c. cellae mi-
 nores.
 d. humerū
 proni.

Nonnulli etiam de tuscanicis generibus sumentes co-
 lumnarum dispositiones transferunt in corinthiorū,

LIBER QUINTUS

et Ionicorum operum ordinationes, Quibus enim locis pronao procurrunt ante, in iisdem e regione cellae parietum columnas binas collocantes efficiunt Tuscanicorum, et Graecorum operum communem rationem. Alii uero remouentes parietes aedis, et applicantes ad intercolumnia pteromatos spatio parietis sublatis efficiunt amplum laxamentum cellae. Reliqua autem proportionibus et symmetriis iisdem conseruantes aliud genus figurae nominisq; uidetur pseudoperipterum praecreauisse. Haec autem genera propter usum sacrificiorum conuertuntur, Non enim omnibus diis iisdem rationibus aedes sunt faciendae, quod alius alia uarietate sacrarum religionum habet effectus. Omnes aedium sacrarum ordinationes, uti mihi traditae sunt, exposui, ordinesq; et symmetrias earum partitionibus distinximus, et quarum dispares sunt figurae, et quibus discriminibus inter se sunt disparatae, quoad potui significare scriptis curauimus. Nunc de aris deorum immortalium, uti aptam constitutionem habeant ad sacrificiorum rationem dicam.

De aris deorum ordinandis. Cap. VIII.

Aris spectet ad orientem, et semper inferiores sint collocatae, quae simulacra, quae fuerint in aede, uti suspicientes diuinitatem et supplicantes et sacrificantes, disparibus altitudinibus ad sui cuiusque dei deorum componantur. Altitudines autem earum sic sunt explicandae, ut Ioui omnibusque coelestibus quae ex altissimae constituantur, Vestae, Terrae, Marique humiles collocentur, ita idoneae his institutionibus explicabuntur in mediis aedibus ararum deformationes, Explicatis aedium sacrarum compositionibus in hoc libro, in sequenti de communium operum reddemus distributionibus explicatioes.